



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 7. Epistola ad Joannem Presbyterum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

rum, & Regis Siciliae Legati, ingensque Sæcul. XII.
 populi multitudo interfuerunt. A.C. 1177.
 Dicitis litaniis, precibusque consuetis, ac longa
 oratione de bono pacis habita, cum Pa-
 pa cereos ardentis Imperatori ceteris-
 que præsentibus tam Clericis quam Lai-
 cis dari iussisset, Excommunicationis
 fulmen intorsit in quemcunque, qui pa-
 cem modo sancitam turbaturus esset,
 moxque omnes exclamantes *Amen!*
Amen! cereos projiciunt & extinguunt.

§. VII.

*Epistola ad Joannem Presbyte-
rum.*

Alexander Papa Venetiis commorans, *Alex. ep. 48.*
 Epistolam ad quemdam Indorum Re-
 gem dedit, in qua dicit: *Pridem refe-*
rentibus multis audiveramus, quod Chri-
stiani nomen profitearis, bonis operibus
intentus sis, & Deo placere cupias. Sed
& Philippus Medicus, amicus noster,
dicit, se ex Optimatibus Regni tui in
ipsa Regione cognovisse, quod tibi propo-
situm sit, Doctrina Catholica & Disci-
plina erudiri, nullamque fidem a fide Apo-
stolicæ Sedis alienam tenere. Idem addi-
dit, quod vehementer exoptes, Ecclesiam
Romæ habere, & Altare in Basilica S. Pe-
tri, alterumque in Ecclesia S. Sepulchri,
ubi viri sapientes de Regno tuo habita-
 B 5 rent,

Sæcul. XII. *vent, plenius Doctrinam Catholicam bau-*
 A.C. 1177. *virent, tum te ipsum tuosque informa-*
rent. Quare eundem Philippum Medi-
cum ad te mittimus, virum prudentem
& solertissimum, rogamusque ut eum be-
nigne recipias, quæcunque ex mandatis
nostris dicturus est, audias, & viros spe-
ctatæ Dignitatis cum Epistolis tuis ad nos
dirigas, ex quibus voluntatem tuam am-
plius percipiamus. Hæc Pontificis Epi-
stola in Rivoalto vigesima octava die Se-
ptembris data est. Rex ille, ad quem
dirigitur, ab Historicis Anglis, id refe-
rentibus, Presbyter Joannes appellatur.
Unde credibile fit; eundem esse Prin-
cipem, cujus ante annos triginta duos
Hugo Episcopus Gabalensis reportatas
de Persis victorias narrat, qui in ultimo
Oriente rerum potiebatur, & Christia-
na Sacra, sed Nestorii erroribus corrupta,
sequebatur ().*

Rog. an. p.
581. Rad. de
Dic. p. 908.
Jo. Brompt.
p. 1132.

Prius-

(*) Verba superius relata: *Ecclesiam Ro-*
mæ habere, & Altare in Basilica S. Petri, al-
terumque in Ecclesia S. Sepulchri, in Epistola
 Acta Concil. Alexandri Papæ sic sonant: *cuperes in urbe*
habere Ecclesiam, & Hierosolymitanum Alta-
re aliquod. Ceterum, sæpe Scriptores præ-
fertim Galli de Preto. Joanne aliquid memo-
rant, sed usque adeo diverse, ut alii eum in
Æthiopia ad Meridiem, alii in Magna Tartaria
ad Septentrionem regnasse putent.

Priusquam Venetiis valedicerent, Sæcul. XII.
 Papa & Imperator, utrinque Mandata. A. C. 1177.
 riis tribus nominatis, Restitutionem Di- Act. Alex.
 tionum, ad Ecclesiam pertinentium,
 quas tenebat Imperator, perfici jusserunt.
 Tumque Imperator, salutato Pontifice
 Cæsenam rediit. Papa deinde mense
 Octobri, cum quatuor Venetorum tri-
 remibus, Sipontum vigesima nona die
 ejusdem mensis advectus est; unde Tro-
 jam ac Beneventum, & tandem Ana-
 gniam decima quarta Decembris, post-
 quam integro anno abfuisset, pervenit.
 Hujus itineris, omniumque in eo acto-
 rum, narratio ex duobus Autographis,
 videlicet ex Actis Alexandri Papæ, a
 quodam viro, illius profectiois socio,
 conscriptis, & ex Chronico Romualdi
 Archiepiscopi Salernitani, alterius Lega-
 ti Regis Siciliae, excerpta est.

§. VIII.

Hugonis Eteriani Scripta.

Pontifici, Trojæ divertenti, redditur Alex. ep. 49.
 Hugonis Eteriani Opus contra Græ- Bibl. PP.
 cos, quod ei Auctor per quemdam ami- Paris. to. 8.
 corum transmiserat. Egit gratias Ale- p. 563.
 xander, data die decima tertia Novem-
 bris Epistola, in qua Hugonem hortatur,
 ut Imperatorem Constantinopolitanum
 Ecclesie Romanæ conciliare satagat.
 Hugonem Eterianum Pisus in Tuscia
 oriun-